



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Gertrvdis V. 17. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

SGERTRVDIS V. 17. Mart.

GERTRVDEM quoque ob sanguinem, quem nobilissimum inter Gallos habebat, sancte superbam vidisse. Quare cum eam juvenis (è principe & ipse familiâ) sponsam sibi à parente Pipino peteret, ipsumque ad e Regem Dagobertum, qui tum fortè epulo hospes aderat, oratorem haberet, contempsit tamen mortalem sponsum GERTRVDIS, & jurejurando palam firmavit, non nisi immortali nupturam se, nec aliam dotem præter cælum admissurā. In has deinde leges à morte Pipini Virginem D. Amandus Christo despondit. Mox cæli prodigia castissimam sponsam honorarunt, Nam precantē ignea & è cælo delapsa sphæra visa est coronare, & ejus ope servatinautæ à mortis periculo, quod immanis cetus jam jam minabatur. Sed vel nomen GERTRVDIS pro scuto fuit, meritisque subito, quod navim jam mergere videbatur, monstrum. Iam diem ultimum, quem, quidem ut nuptialem GERTRVDIS amavit, monachus illi prædictus Ultanus, commeatum è cælo D. Patritium, & beatos Angelos spopondit. Virtutis odorem etiam à morte tumba, quam longè antè fieri ipsa mandaverat, suavissimum spiravit. Ipsa, ne uivere etiam mortuam dubitares, diversorum oculis se objecit cælesti luce circumfusa. Visa etiam ignes grassantes à monasterio illo velo avertere, quo impuras olim flamas suffocaverat. Tam facile etiam indomitum Vulcanum est vincere illi, qui Venerem vicit. Ex Surio,

*Qui Christum videre querit, cælum, unde Christus est, non terram, de qua aurum est, intueatur. Dives, qui sursum est, non portat sed proculat di-
vitias*

142 VITÆ S A N C T O R U M . 18. Mart.

vicias, nec incurvatur divitiis, sed levatur, Divi-
tiarum servus, non dominus est avarus: at miseri-
cors tot servos habet, quot nummos. S. Pet. Chrys.
serm.4.

S. EDWARD VS M. 18. Martij.

SVstulerat Edgarus Anglia Rex binos filios: ex
Elfedâ, lectissimâ matronâ, EDWARDVM no-
strum? ex Elfridâ improbissimâ muliere, Ethelred-
um. Illi utpote natu majori regnum Edgarus, &
quæ major regno hereditas est, virtutem reliquit.
Non hanc, sed illud invidit neverca improba, &
quò purpuram Ethelredo suo pingeret, sanguinem
statuit EDWARDI fundere; quin si fieri aliter jam
non posset, cum diadema caput auferre. Com-
modum impijs consiliis accidit, ut quanto regni
suo anno illic venaretur EDWARDVS, ubi pessima
fera neverca stabulabatur. Nimirum hæc venatori
laqueos ponit, roget tectis hospes filius succedat.
Abnuuentem, haustum certè è manibus parentis
accipiat, obtestatur. Heu! ut nunquam magis odit
neverca, quam dum amat! Dum bibt, subornatus
ad scelus servulus, cultro necem domino fert, vi-
numque sanguine miscuit; corpus exanime in
proximâ casâ occultatum: sed scelus Elfridæ una-
que virtutem EDWARDI prodidit etiam in nocte
lux insolita, casam omnem illustrans, lucemque
ad eò mulierculæ inhabitantis oculis ferens, quam
nunquam prius videre. Iterum in paludes abje-
ctum cælum ostendit indice columnâ igneâ. Ergo
extractum omniisque honore tumulatum Martyris
corpus fontem prope dedit, ex quo passim sanita-
tem ægri bibeant. Neverca etiam veniam ora-
tura illuc contendit, sed neque eques, neque pe-
des progreedi unquam potuit, semper vi, nescio,
qua